Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Dom. prima in aduentu d.

AD TE leuauí a[nimam] meam deus meus in te confido non erubescam neq; irrideant me inimici mei: et enim universi qui te expectant non confundentur. V. Vias tuas domine demonstra michi et semitas.

Exercita domine quesumus potentiam tuam et ueni: ut abiminentibus peccatorum meorum periculis te mereamur pregente eripi: te liberante saluari. Qui cum patre. Et ad

Fratres romanos. Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus: quam cum credidimus. Nox precessit: dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarum: et induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulemus. Non in comessationibus et ebrietatibus: non in cubilibus et impudicitiis non in contentione et emulatione. Sed induimini dominum ihm xpm. G. Vniuersi qui te expectant non confundentur domine. V. Vias tuas domine

Et in diua mu

notas fac mihi chi et se[mitas] tuas: et edoce me. A. V. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis.

Secm marhe.

Illo t. Cum appropinquasset ieso solimis et uenisset bethfage ad montem oliuet: tunc ihc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra uos est: et statim inuenietis asinam alligatam et pullum eius ecce. Soluite et adducite michi. Et si quis uobis aliquid dixerit: dicite quia dnis his opus habet: et continuo dimittet eos. Hoc autem totum factum est: ut adimpleretur quod dictum est per propham dicentem. Dicite filie syon: ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens super asinam et pullum filium subiugalis. Cum autem discipuli: fecerunt sicut precepit eis ihc. Et adduxerunt asinam et pullum: et imposuerunt super eos uestimenta sua et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia: alii autem cedebant ramos de arboribus et sternebant in uia. Turbe autem que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid: benedictus qui uenit in nomine domini.

Collecta

Et confirmando in nobis quesumus domine ministerium pontificis et in cunctis fidelibus tuis ecclesiam tuam sancto spiritu inflamare et sicut lampades diuine gloriae semper ardere ut eius spiritu inflamati